incrassatione, ac veluti corona cōgeratione; spatij, per quod fertur coarctatione, manifestum est. Adstringendi n. vim omnibus inesse foriter adstringentibus, ac supra secundum gradum refrigerantibus cum partium crassitie ideo vtriusque remedij communes videntur esse materia.

## Vesicantia

VEsicantia tractionis virtute reuellūt, fit enim omnis reuulsio tractione in oppositam partem, ex quatuor autem modis, quibus fit tractio, calore scilicet, dolore propria virtute, & vacui vi, duo conuenient vesicantibus calor, & dolor siquidem sunt calida in quarto gradu, atque vna mansione rubificantibus superiora, habentque eximiam partium tenuitatem cuius causa cito peruadunt partis superficiem, nec detrauet, nec in crustam tollunt, veluti septica, & caustica, sed in vesicam dumtaxat attollunt superiacentis vesicæ repletione, extensioneque ob ichorum summa vi caloris contractorum redundantiam. Quamquam autem in vesicantium compositione passim accipiuntur Euphobium, Rhanunculus, Synapi, Stercus columbinum, ea tamen per se vesicantia non sunt, sed rubificantia, veluti multa alia, vesicantium tamen adiuuant operationem, quæ sanè sunt paucissima.

Can-

Cantharides.
Flammula Iouis.
Oleum, vel aqua feruens.
Thapsia.
Rhanunculi min. rad.

*IN vesicatorijs ex cantharibus compositione id est obseruandum.*

*Primò, vt earum malitia sem. ammeos corrigatur.*

*Secundò, vt in mollioribus corporibus misceantur pane, vel cerato sacro, &c. in durioribus fermento acri, & caricis, aceto que scyllit. Corporibus mediocribus sufficit dr. 1. pro singulis vesicatorijs, mollioribus minus, durioribus plus, ad drachm. 1. ss. circiter.*

## Materia remedii respicientis causam per accidens.

*HActenus de materijs præsidiorum quæ causæ morbificæ per se aduersantur, nunc de illis quæ respiciunt materiam per accidens, seu symptom. vt induunt rationem causæ vel deijcientis vires, vel facientis, vel fouentis morbum, quod quatruplex omnino est. Vigilia, Animi deliquium, Immoderata euacuatio, Dolor. Quibus opponuntur Somniferum, Spiritus reficientia, Fluxus sistentia, Anodynum.*

In-